

et assignandae sunt uni aut pluribus piis locis in dioecesi existentibus.

Non potest Ordinarius multas assumere pro sua sustentatione, reparatione cathedralis, onorario Vicarii sui, officialium Curiae, Depositarii.

Poena carceris probatur

Quia pluries decisum fuit a S. Congregatione Concilii, sed assignandae omnino sunt integrae in favorem pauperum, ex. gr. hospitalibus, orphanotrophiis etc.

Ab Innocentio III, a Bonifacio VIII, et a Concilio Tridentino, quod *personalem distractionem* permittit, ut reus *pane doloris et aqua angustiae* suarum culpae poenitentiam agat, ut scribit Innocentius III.

Duplex est carcer

Carcer praeventivus

Carcer afflictivus

Exilium probatur

Ecclesiae Pastores solent, loco exilii

Communio laica est poena et simul gratia

Communio peregrina explicatur

Communio laica

Communio peregrina

Nimirum: *praeventivus* et *afflictivus*.

Decerni non potest nisi de crimine sufficienter constet et criminosis sit valde de fuga suspectus.

Datur in poena delicti post accuratam eiusdem probationem et iudicis sententiam, qui potest esse temporalis vel perpetuus.

Ab Alexandro Papa I, et a Symmacho, qui ad Christianam societatem tutandam valde confert, dum membrum vitiosum a loco expellitur, in quo potest magis nocere.

Relegationem indicere vel expulsionem extra dioecesim.

Per quam Clericus degradatus et scelerum poenitens ab Ecclesia recipitur, non ut Clericus sed tantum ut laicus, ita ut laicorum catholicorum iuribus fruatur, et sanctam communionem more laicorum sumat, non vero divina mysteria celebret, aut iura ac privilegia clericalia habeat.

Poena per quam Clericus depositus, vel suspensus etiam in sua dioecesi reducitur ad conditionem peregrinorum; ut non possit sacra mysteria facere sed tantum recipere, vel, ut peregrinus, sanctam communionem sumere.

Dari in realiter depositis vel degradatis, qui curiae saeculari traduntur.

Dari in verbaliter depositis, vel suspensis.

Quod communionem laicam damnatus non potest in gradum suum restitui, nisi a S. Pontifice ex specialissima gratia; damnatus communionem peregrinam, poenitentia peracta, modo irregularitas, vel aliud impedimentum non obstet, in suum gradum ab Episcopo restituitur.

Discrimen inter communionem laicam et peregrinam.

### De rebus Ecclesiasticis.

Quidquid est in Ecclesia, praeter personas et iudicia, quod vel ad futuram vel ad praesentem vitam refertur.

Canonistae, nomine rei intelligunt

In spirituales et temporales.

Summa rerum ecclesiasticarum divisio est

Illae quibus spiritualis animae vita fovetur ut aeternum vivere queat, quemadmodum sunt Sacramenta, preces, ritus, quibus accedunt Ecclesiae, altaria, sacrique calices.

Res spirituales vel spirituale dicuntur

Illae quibus corporalis clericorum pauperumque vita in tempore sustinetur, et divini externique cultus expensae fiunt, ut praedia, domus, beneficiorum fructus, Ecclesiarum redditus.

Res temporales dicuntur

A Sacro nuncupatum, pro iureiurando a civilibus Romanorum legibus; a S. Scripturis, pro mysterio, re arcana sumitur.

Sacramentum

*Signum sensibile gratiae invisibilis ad nostram iustificationem a Jesu Christo institutum.*

Ecclesiae Sacramentum est

Nempe: divina institutio a Christo, divinae gratiae collatio, vel eius incrementum ex opere operato, pro eo qui Sacramentum recipit, gratiae obicem non ponit; et signum sensibile, quod gratiam designat et confert.

Ad Sacramentum constituendum tria requiruntur

Nam haec non fuerunt a Christo instituta, cuius erant umbrae et figurae. Innocentius III ait loquens de Circumcisione, non perveniebatur ad regnum coelorum.

Ecclesiae Sacramenta differunt a Sacramentis antiquae Legis.

Sacramentalia consistunt

In quibusdam rebus sacris, precibus, ab Apostolis, ab Ecclesia institutis ad venialium peccatorum remissionem obtinendam, aut ad aliquam gratiam impetrandam.

Sacramenta Ecclesiae a Sacramentalibus differunt.

Sacramentalia non fuerunt a Christo instituta, neque gratiam ex opere operato conferunt.

Ex fidei dogmate septem sunt Ecclesiae Sacramenta a Christo instituta.

Nempe: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema-Unctio, Ordo et Matrimonium.

Tria sunt Sacramenta quae nequeunt iterari.

Quia in anima imprimunt characterem: Baptismus, Confirmatio et Ordo.

In Sacramentorum collatione haec requiruntur:

Materia, res ex qua Sacramentum conficitur: forma, verba quibus Sacramentum perficitur; minister, qui Sacramentum confert.

Subiectum

Est ille qui Sacramentum suscipit.

Minister Sacramentorum habere debet

Potestatem conferendi, intentionem actualem saltem virtualem, observare debet ritus ab Ecclesiae praescriptos.

Potestas conferendi Sacramentum

Manat ex ordine, et ex ordine et iurisdictione simul.

Ad conferendum Sacramentum

Non sufficit intentio habitualis, qua cum quis agit ex consuetudine, quin antecedentis actualis intentionis aliquis maneat effectus.

Ritus Sacramenti essentiales

Consistunt in debita applicatione formae ad materiam, aliter sacramentum non fit: *Accedit verbum ad elementum et fit Sacramentum.*

Ritus Sacramenti accidentales

Consistunt in praecibus, caeremoniis quibusdam ab Ecclesia statutis, quarum iniusta omissio ministri quidem conscientiam vulnerat, sed Sacramenti vim non evertit.

Sacramentorum effectus ob ministri improbitatem non impeditur.

Nam minister in conficiendis vel ministrandis Sacramentis non suam refert personam sed Christi a quo subiecti iustificatio provenit: « *Deus est qui baptizat in Spiritu Sancto* ».

Subiectum Sacramentorum

Habere debet statum a Sacramento quod recipere intendit designatum, intentionem et dispositiones.

Sacramenta quae dicuntur *mortuorum*

Sunt quae supponunt praexistentem culpam per Sacramentum delendam, uti est Baptismus et Poenitentia.

Quae supponunt gratiam per Sacramentum augendam, uti est Confirmatio, Eucharistia, Extrema-Unctio, Ordo et Matrimonium.

Sacramenta *vivorum* dicuntur

Ecclesiae intentio sufficit, quia sine voluntate peccatum originale contraxerunt, ita sine propria voluntate, ab illo per Baptismum liberantur.

In Baptismo infantium et amentium

### De Baptismo.

Cum quis per martyrium pro fide sanguinem fudit.

Baptismus sanguinis.

Cum quis aquae Baptismum exoptans per contritionem perfectam ad Deum convertitur.

Baptismus fluminis, spiritus, desiderii.

Cum quis per sanctum aquae lavacrum in spiritualem vitam renascitur.

Baptismus fluminis aquae.

Conferre possunt omnium actualium et originalis peccati remissionem; Baptismus sanguinis et aquae vitam aeternam consequitur.

Duo baptismi, sanguinis et fluminis ubi nequeat aquae Baptismum obtineri,

Quia in signa gratiae communia non fuerunt a Christo instituta, et non fiunt per accessionem verbi ad elementum ut Sacramentorum natura requirit.

Duo baptismi sanguinis et fluminis vera sacramenta non sunt:

Sub hoc respectu Baptismus unus est, uti una est fides et unus Deus.

Solus Baptismus aquae est verum Ecclesiae Sacramentum.

Cum Catechismo Romano: *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.*

Baptismus aquae defini potest

Praeter Episcopum est Parochus, qui in sua Ecclesia baptismali, adhibitis solemnibus caeremoniis, per se, vel alium a se deputatum sacerdotem, subditis in suo territorio degentibus debet Sacramentum Baptismi ministrare.

Minister Baptismi ordinarius

Qui necessitate urgente, ob Parochi et alterius sacerdotis absentiam, aut impotentiam, etiam solemniter baptizare potest.

Minister Baptismi extraordinarius, est Diaconus.

Est quicumque Clericus, laicus, vir, mulier, fidelis, infidelis, modo servet formam Ecclesiae et facere intendat quod facit Ecclesia.

Minister necessitatis in privato Baptismo quando mortis periculum imminet,

- Si plures puero periclitanti adsint, dignior inter eos baptizare debet. Praefertur Sacerdos Diacono, Clericus laico, et regulariter vir mulieri. Ob maiorem peritiam, vel ob maiorem decentiam, potest quandoque Sacerdos laico cedere.
- Subiectum Baptismi est. Omnis homo nondum baptizatus, sive adultus sive infans.
- Adultus sanae mentis. Antequam baptizetur exercendum est in catechesi, ut saltem ad salutem necessaria necessitate medii addiscat, ut sunt praecipua mysteria Trinitatis et Incarnationis, et ut rite ad Sacramentum recipiendum disponatur.
- Adultus infirmae mentis. Baptizatur more infantium, si amentia fuerit perpetua, et baptizatur more adultorum, si amentia non fuerit perpetua, modo tempore sanae mentis Baptismum petierit.
- Infans in lucem editus. Expedit ad aeternae salutis ut quam primum commode fieri poterit, baptizetur.
- Filii infidelium, aut gentilium, aut iudeorum. Etiam invitis parentibus baptizari possunt, si rationis sint compotes et Baptismum petant.
- Filii infidelium rationis usu carentes. Invitis parentibus regulariter baptizari nequeunt, quia filii sub patria sunt potestate parentum, quae laedi non debet, quaeque laesa Sacramenti profanationem procuraret cum maiore baptizatorum praedicio.
- Quod infidelium infantes, invititis parentibus baptizare nequeant, limitatur: Si infantes sint in certe et proximo mortis periculo constituti; si sint a parentibus proiecti et in loco publico derelicti absque eos recuperandi animo; si sint perpetuo amentes; si sint in bello capti, si unus ex genitoribus consentiat, alio etiam repugnante; si patre mortuo consentiat avus, vel avia paterna etiam repugnante matre et tutoribus.
- In dubio circa collationem et validitatem Baptismi est iterum conferendus Baptismus, Si dabilem est prudens et rationabile, ita ut, summa adhibita diligentia parum de Baptismi collatione aut validitate constet; hac tamen conditionata forma: « Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris etc. ».
- Ubi dubia adhibita est materia, forma, intentio. Baptismus est sub conditione repetendus; neque rebaptizans aliqua ligatur irregularitate, aut macula peccati notatur: hic non intervenit temeritas praesumptionis sed diligentia pietatis.

An in casu practico debita materia forma et intentio adhibita sit. Parochus exquire debet in necessitate baptizantibus.

An in casu practico debita materia forma et intentio adhibita sit; si certum valide Baptismum collatum fuisset, non potest sine piaculo iterari; secus sub conditione iterandus est. Episcopus scrutari debet ab illis, qui a castris haereticorum veniunt ad unitatem Ecclesiae catholicae.

Per unicum testem ocularem et fide dignum, tam marem quam feminam, et per ipsam violentam praesumptionem, ut est de illo, qui natus est inter Christianos et fideliter conversatus. Legitima receptio Baptismi probari potest.

Pro certitudine habetur, donec contrarium probetur; hoc est, Baptismus pro valido tenetur. Praesumptio receptionis Baptismatis de quo aliter non constat.

Quo citius fieri potest, ad Ecclesiam deferendus est, ut in eo omissae Sacramenti caeremoniae suppleantur. Quoties quis privatum baptizatus fuit ex necessitate, aut ex licentia Episcopi, et solemnes Baptismi caeremonias, vel sacramentalia non recepit.

Petere potest, ut in se caeremoniae Sacramenti omissae suppleantur, aut petere ab iisdem dispensationem, quam illi Episcopus indulget. Quoties aliquis absque dictis caeremoniis, in haeresi validum recepit Baptismum, et abiurata haeresi ad veram fidem convertitur,

Quorum est filiorum spiritualium institutioni invigilare, quam si parentes negligenter, ipsi deberent supplere. In collatione Baptismi solemniter sunt adhibendi Patrini.

Qui possunt designare unum tantum virum, mulierem, ad summum duos, unum virum et mulierem unam. Patrini designandi sunt a parentibus.

Monachi, Moniales, impuberes, excommunicati et criminosi. Nequeunt per Parochos in paternos acceptari.

Ut tum conferentes, tum patrini cognitionem spirituales contrahant cum baptizato, baptizatique patre et matre. Effectus actus Baptismi est.

## De Confirmatione.

- Confirmatio defini-  
niri potest      *Sacramentum novae legis a Christo institutum, quod baptizatis per S. Chrismatis inunctionem gratiae plenitudinem confert.*
- Minister Confirmationis est Episcopus.      Licet S. Pontifex simplicem sacerdotem possit ad hoc ministrandum delegare.
- Subiectum confirmationis      Est omnis homo baptizatus et nondum confirmatus, adultus, impuber, amens, dummodo sit Episcopi confirmantis subditus.
- Circa Confirmationis receptionem mos invaluit      Ut tantum septennio maiores post opportunam in fidei praeceptis institutionem confirmentur, nisi rationabilis causa, mortis periculum, aut diuturna Episcopi absentia, aliud suadeat.
- Patrini ut in Baptismo sic in Confirmatione sunt adhibendi.      Qui utroque in casu cognationem spiritualem contrahunt.
- Patrini in Confirmatione.      Unus tantum, aut una in patrini munere admittitur.
- Ex Ecclesiae consuetudine      Patrinus Confirmationis non est idem qui Baptismi patrinus fuit.

## De Eucharistia.

- Eucharistia      Vocabulum est graecum, quod apud Latinos gratiam bonam significat, vel gratiarum actionem.
- Eucharistia sumpta pro Sacramento est:      *Sacramentum novae legis a Christo institutum, omnium nobilissimum et maximum, quod veraciter continet Corpus et Sanguinem Iesu Christi sub consecratis panis et vini speciebus.*
- Minister, qui Eucharistiam conficit, est solus Sacerdos.      Solos Sacerdotes allocutus est Christus in Coena post huius Sacramenti institutionem: *Hoc facite in meam commemorationem.* Verba consecrationis, quibus transubstantiatio fit, Sacerdotes non proferunt in propria persona, sed in persona Christi.

Est Sacerdos; at quandoque Diaconus ex commissione Sacerdotis, aut in necessitate.

Simplices sacerdotes habent quidem Sacramenti conficiendi potestatem non semper ministrandi auctoritatem.

Per iura allegata a Benedicto XIV.

Est omnis Christianus qui sit in statu gratiae et iuste Eucharistiam petat.

Publicis peccatoribus qui fuerunt a iudice declarati, vel per evidentiam facti tales publice habentur; pueris antequam ad annos discretionis devenerint (ab anno aetatis septimo ad decimum quartum) nisi agatur de mortis periculo, in quo pueri qui doli sunt capaces, SS. Viatico reficiendi sunt.

Qui a media nocte naturale ieiunium servarunt, in tanti Sacramenti honorem praeceptum, cuius originem praecepti ab aevo Apostolorum repetit Cardinalis Bona et vim confirmat Martinus V.

Ut absolute tantum obliget semel in anno in Paschate, a Dominica Palmiarum ad Dominicam *in albis* inclusive.

Quamquam in Paschate iam communicaverit; quia praeceptum de communicandi tantum in Paschate intelligitur de Christiano dum sanus est.

Conceditur proprio Sacerdoti facultas prorogandi praecepti executionem ob aliquam rationabilem causam.

Nam haec temporis determinatio a S. Pontifice, et a Generali Concilio facta fuit et aliunde expediti iuris est, Episcopum non posse S. Pontificis constitutionem, aut Generalis Concilii decretum mutare,

Minister qui Eucharistiam dispensat

Nomine Sacerdotis Eucharistiam dispensantis non intelligitur absolute nisi Parochus.

In die Paschae Regulares non habent auctoritatem ministrandae Eucharistiae, personis saecularibus.

Subiectum Eucharistiae

Neganda est Eucharistia

Eucharistia conficienda et sumenda est tantum ab iis

Vi Lateranensis decreti sacrae Communionis praeceptum reductum fuit, Si Christianus aegrotet et periculum mortis urgeat, ex ipso divino iure ad S. Communionis perceptionem tenetur.

Tempus paschale pro S. Communionis perceptione taxative non determinatum est

Non licet Episcopo tempus taxatum prorogare, aut amplificare generatim pro omnibus.